



1728, 5

FACULTATIS JURIDICÆ
IN ALMA AC PERANTIQUA UNIVERSI-
TATE ERFORDIENSI

DECANUS,
JOH. HENRICUS

Meier, JCTUS,

ELECTORAL. REGIMIN. CONSILIAR. DECRE-
TAL. PROF. PUBL. UNIVERSIT. SENIOR, NEC
NON JUDIC. PROVINC. ASSESS.
EMER. PRIMAR.

LECTORI BENEVOLO

S. & O.

ERFORDIÆ,

Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



IN ALMA AC PERENNIVIVA UNIVERSI-

TATE FERRENDIENSIS



Quitas in sociali vitâ sese ubivis insinuat
& tanquam ejusdem luculenta confer-
vatrix commendat cum *concordia &*
qualitatem; sive hæc sit simplex, quæ rei
ad rem diei meretur; sive sit proportio-
nata; quippe his salus publ. continetur.
Suppeditat non minus naturalis hæc æquitas normam re-
gulandi in Republ. Legislationem, tam quoad jura gene-
ralia, quam singularia; tam quoad Statum publicum,
quam ad privatorum commodum pertinentia; quæ uni-
versa ad justitiam sanctè tractandam propense præsto
existunt; ut non immeritò huc spectare videatur Con-
stantini Imperatoris monitum, quod moribundus com-
mendavit generi suo, dum Ipsi desponfaret unicum suam
Filiam & cum hac quasi dotis loco traderet amplissimum
Romanum Imperium: inquitens *æquitatem & justitiam*
esse optimi Imperatoris Insignia. Non autem, quod patet,
uno æquitas accipitur sensu, cum enim naturali opponi-
tur æquo, denotat naturalem ratiocinationem uti in *l. 85.*
§. 2. de R. J. atque supponit vim humanæ naturæ, putâ
hominis solertiam & providentiam e. g. in *l. 31. §. ult. ff.*
de excus. tut. Definit autem æquitatem Aristol. *Pol. V. cor-*
rectio.

rectionem ejus, in quo lex deficit ob universa-
litate[m] atque ipsa dici potest juris scripti stricti-
que temperamentum, ut partes judicis sint in
conflictu juris & inter æquitatem desiderii, seu
rationem naturalem jurisque dubitationem;
quo casu decreto Prætoris durities legis tempe-
randa est, tradente & suasore JCo in antè citat.
L. 85. §. 2. hanc propter providam functionem
audit Prætor viva Juris vox, quâ hanc Juris aspe-
ritatem benignè attemperat, quando Edictum
vitiū patitur ex æquitate. Quod & suadendo
jubent Imperatores in *l. 8. Cod. de judic.* nimi-
rum: *in omnibus rebus precipuam esse justitia æ-*
quitasque, quam stricti Juris rationem. Quod
idem collimat JCo. Marcellus in *l. 183. de R. J.*
dum tradit: Etsi non facile quid sit mutandum
ex solennibus, ubi tamen poscit evidens æqui-
tas, esse subveniendum, quando ab æquo &
bono decedere dissuadet conscientia ratio *l. 91.*
§. 3. de V. O. attamen cavendum, ne in facti
specie æquitas minor cum majore collidatur;
Atque sic observet Judex cognoscendo & judi-
cando, ne æquitas ratione destituatur, sed cir-
cumspectum ipsum oportet esse, ne & incau-
tè mox denegat implorantis petitionem. *arg.*
l. 183. de R. J. hanc, quam pro norma sic

observet Prætor, dicunt Interpretes æquita-
tem internam, quòd ea evidenter apparet
ex aliis legibus comprobata atque sic asperita-
tem legis inflectit. Extrinsecam, è conversu, de-
lineant, quòd simpliciter ac evidenter com-
mittenda sit summo Legumlatori, quando quòd
olim jus visum fuerit æquabile, vel sic judici sal-
tem visum; quam æquitatis rationem emendan-
dam suo saltem culmini reservavit Princeps *l. i.*
Cod. de LL. Nov. 134. pr. i. l. 12. cum §. i. ff. qui
est à quib. manum. qualis reservata interpreta-
tio authentica appellatur. Hæc æquipruden-
tia maximoperè opus in selecto faciendo, quan-
do leges iuicem collidi videntur, seq; duplex
æquitas offertur. in *l. 61. §. 5. vs. Idque ff. de furt.*
utinam hæc religiosè & debita animi attentione,
qui Clavo sunt proximiores, observarent indefi-
nenter, quò nunquam non in republica, uti mu-
sicæ harmonia, sic & in republica concordia
consentiat justitiæ. Hanc æquitatis arduam
materiam hæctenus acri iudicio perpendit

NOBILIS ET CLARISSIMVS

DN. FRIEDR. AUGUST. Schneider/
Qui primùm lucem conspexit Islebiæ, anno
1702. d. 16. Octob. Patre natus Viro, Nobilissimo
Dn.

Dn. AVGVSTO Schneidern / Islebiensi præfe-
cturæ superiori quondam Præfecto; Matre
verò foeminâ verecundâ, virtute æconomicâ
& pietate præditâ, ANNA MARGARETHA,
filia viri admodum reverendi Dn. JOHANNIS
Benders / suo ævo Pastoris ad *Ædem S. Nicolai*
& *Consistorii Assessoris probè meriti.* A primis
annis Præceptorum privatorum informationi
aliquamdiu fuit submissus usque dum Parentis
arbitratu Gymnasium, quod Islebiæ floret, fre-
quentare cœperit; quo tempore Dn. M. ELIÆ
FRANCKII, *Rectoris*; Dn. M. CHRISTIA-
NI FRIDERICI REINECCII, *Conrectoris*; Dn.
JOHANNIS HEINRICI TOELKII, *Sub-Con-*
Rectoris, nec non reliquorum ductu hujus
Scholæ fidelissimo humaniorum scientiam ac-
quirere animum seridè intendit. Momenti au-
tem cujusdam ratione persuasus sese Dn. M.
JOHANNIS RIMERI *p. t. Pastoris Ecclesie*
Friesdorffensis informatione, per annum, soli-
diori privatissimè fuit usus; quo spatio emenso,
Lipsiam se vertit; anno 1723. Mens. Octobr. ju-
ris studium prosequendi animo, atque manu-
ductione fidelissimâ fruitus ibidem *Viri Con-*
sultissimi Dn. D. ABRAHAM KÆSTNERI, stu-
dium arduum hoc ac vitæ civili perquam ne-
cessa-

cessarium inchoavit atque continuavit; siquidem non modò Collegium Institutionale in Divi Imperatoris Justiniani Institutiones binis vicibus, ejusdemque Pandectas à Johanne Joachimo Schoepffero, U. J. D. in Synopsin Juris Privati Romani & Forensis nervosè congestas; nec non Collegium Examinatorium, Disputatorium & præparatorio Practicum frequentavit. In quibus tamen non acquievit, sed cum *Excellentissimus atque & Consultissimus* Dn. D. CAROLVS OTTO RECHENBERG, *Supreme Curie Provincialis & Facultatis Lipsiensis Assessor, Codicisque Professor Publ.* Patronus Candidati ad cineres colendus, Collegium in Gottlieb Gerhard Titii, Jcti quondam famigeratissimi System. Juris privati Romano-Germanici, nec non Collegium Juris Publici in Epistolam de Jure S. R. Germ. Imperii ad Nobilem Scotum ab ipso Dn. RECHENBERG conscriptum privatim intimaret, avidè hisce collegiis nomen dedit atque sedulus interfuit; sub cuiusque Splendidissimo Præsidio d. 26. Novemb. 1726. publicè de *Juribus Subordinationum* disseruit; antè tamen Jurisprudentiæ Philosophiam combinavit & quidem à *Consultissimo* Dn. D. Nostro MÜLLERO, partim ejusdem præ-

præcepta, quæ adhuc sub prelo sunt; partim
quoque Dn. ANDRÆE RIDIGERI Philos.
& Medic. Doct. Philosophiam Pragmaticam
auscultavit. Postquam verò jamdudum spe-
rata occasio ipsi oblata fuit, quò theoriæ juris
praxin, secundum processum fori, præsertim Sa-
xonici, in patriâ conjungere posset; dum Geni-
trix ejus charissima ad secunda convolabat
vota viroque Consultissimo atque in rebus
Practicis versatissimo, Dn. JACOBO FISCH-
RO nuberet; hinc, Academiâ Mens. Decembr.
1726. relicta, in patriam reversus, & quò se-
cum, quem sibi constituerat, eò felicius ob-
tinere posset, submissis verbis virum jam lauda-
tum, Consiliarium Præfecturæ Arensteinensis Ex-
cellentissimorum DNN. BARONUM DE KNIGGEN,
vitricum quidem, sed Mecænatem æternum col-
endum, quod hospicio & mensâ suâ se recrearit
atque sic secundo auspicio exoptatissimum ob-
tinerit successum, commovit. Quò autem in
Electoralibus Saxon. tribunalibus inoffenso pe-
de patrocinium clientibus impertiri posset, The-
midis honores non vano affectavit ambitu
eumque in finem suum desiderium Facultati
nostræ exposuit, atque Examen Candidatorum
consuetum sibi destinari, desideravit, quod de-
nega-

negari haut debuit; secundum tenorem igitur Statutorum textus ex Jure Utrouque, Canonico & Civili elaborandi communicati sunt; hos justo ordine enucleavit atque Collegio nostro elaborationem, juricongruentem ante conflictum renuntiavit; quo facto, subiit examen ipsum, quod ipse adeò sustinuit, ut non modò in album Candidatorum sit receptus, verùm etiam ad Cursoriam lectionem super *L. 2. Cod. de rescind. Vend.* & Inauguralem Disputationem celebrandam sit admittus, imò ad Superiores Honores. Officiosè itaque Magnif. & Reverendiss. Dn. Univ. Rector cum suis Proceribus & Nobil. Studiorum Cohorte hisce publ. atque solennibus actibus præstò ad diem proximè instantem Lunæ, 7. nimirum Junii, horis à nonâ matutinâ consuetis interesse dignentur, officiosè & amicè implorantur. Public. Sub Sigillo Facult. Juridic. die 6. Junii An. MDCCXXVIII.


LS.

ULB Halle
005 355 63X

3







B.I.G.

Farbkarte #13

33

1728, 5

FACULTATIS JURIDICÆ
IN ALMA AC PERANTIQUA UNIVERSI-
TATE ERFORDIENSI

DECANUS,
JOH. HENRICUS
Sæier, JCTUS,

ELECTORAL. REGIMIN. CONSILIAR. DECRE-
TAL. PROF. PUBL. UNIVERSIT. SENIOR, NEC
NON JUDIC. PROVINC. ASSESS.
EMER. PRIMAR.

LECTORI BENEVOLO

S. & O.

ERFORDIÆ,
Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

